

MENSE JULIO.

A Juvenale equum emit Romanus, experientum quidem per octo dies. Primum vero prædictum locat equum cuidam vicino agricolæ, ut arando tentet eum. Sexto autem die, fulmine percutitur equus.

Quæritur : 1o. An Juvenali valorem equi debeat Romanus ;

2o. An possit idem Romanus retinere locationis pretium.

---

Quænam est civitas quam, loquendo de Jesu, Evangelista Matthæus vocat, cap. IX, 1 : "*civitatem suam*" ? Si Capharnaum, cur sic dicitur ?

---

MENSE OCTOBRI.

*(Secretarii fit electio per tabellam.)*

Quot sunt hierarchiæ et ordines Angelorum ? Ex quo sortiuntur illorum diversa nomina ?

---

Quando in Ecclesia instituti sunt ordines mendicantes ?—In quo consistit ista mendicitas ?—Quinam sunt præcipui ordines mendicantes ?